

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXVIII. Adversariorum sententiam & argumenta bonâ fide alleget, & sic allegata
ex praesente textu, locisque parallelis sine sophisticâ ostentatione subtilitatis,
& sine excandescentiâ convellat & ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

LXVIII.

Adversariorum sententiam & argumenta bonâ fide alleget, & sic allegata ex præsentè textu, locisque parallelis sine sophisticâ ostentatione subtilitatis, & sine excandescentiâ convellat & subvertat, ut veritatis amor, non cavillandi studium in refutatione appareat.

Εὐήγησις.

Candidè, bonâ fide, & sine dolo agendum cum Adversariis. Non varianda eorum sententia, nec argumentorum, quibus eam probant, dissimulandû robur, ut veritatis studium sincerum, nec perversus affectus in refutando appareat. Proinde Coucionator I. Propria Hæreticorum, aliorumq; Heterodoxorû verba integre adducat, ac videatur alienam mentem illis affingere, nec argumenta illorû invertat, aut mutilata vel depravata proferat. Quâ ratione & confutationi suum pondus & Ministro Verbi fides derogatur. II. Nectamen prolixè & speciosè, seu multâ verborum pompâ objectiones eorum proponat, facile enim

Dd

enim

enim fieri potest, ut in speciosis ratiocinationibus Adversariorum cogitabundus hareat auditor, & ad solutionem seu responsionem, quæ motæ objectioni statim subjicitur, non satis attendat. III. Quis plerique ex Auditoribus (ut bene monet *Audr. Panzeratius* in *Meth. Concion. pag. 74.*) hoc vitio laborant, ut *hereticorum erroneas & impias opiniones longe citius, quam earundem veras & solidas refutationes observent & retineant*, ideo contingunt quidam, ut Concionator cum præmissa objectionem Adversariorum à sua responsione in Pronunciatione probe distingvat, quò vel ex ipsa vocis mutatione Auditores dignoscere possint, quanam Adversariorum verba sint, & quæ Præco fidei ex sua mente contra Heterodoxiam istam regerat. IV. Ad argumenta contraria solidè & sufficienter respondeat, ne forte difficultatibus & scrupulis in animo auditorum relictis, noceat magis, quam doceat. Utatur proinde argumentis non contrariis, vigilantibus, à textu alienis, aut infirmis, sed his, quæ ex ipso textu fluunt, & facili, firma atque evidenter sunt, quæque capere potest populus, cuius præcipue habenda est ratio. Quin scilicet citenter et propeptu Doctrinam sanctam à rebus falsis, veritatem coelestem prostituit quasi & prodit. *Frigidè & pigre confutare, quid aliud est?*

est quibus confirmare, ait B. Lutherus Tom. I. Latin. Jenens. fol. 323. Hinc dicunt nonnulli Satiuisse, Heterodoxorum errores & argumenta in Ecclesia pacatâ coram vulgo plane tacere, quam frigide & insufficienter refutare. V. Potissimum occupetur in refutatione illorum falsorum dogmatum, quæ universa secta pro suis agnoscit, publice profitetur, atq; propugnat, sive quæ scriptis communi nomine publicatis & ab omnibus receptis Confessionibus exhibet. Privatas, hujus vel illius Doctoris opiniones toti coetui non imputet, nec in scenam producat, nisi necessitas eas attingendi urgeat. Nec tamen unice in Universalibus scriptis & Confessionibus publicis Concionator acquiescat, (in illis enim plerumq; ambigè, subobscurè & insufficienter sententiam suam aperiant Sectarii,) sed etiam è Doctorum publicorum & celebriorum scriptis communem suorum sententiâ proponentibus & propugnantibus de hujus vel illius Sectæ doctrinâ judicium ferat, præsertim ubi plurimum vel plerorumq; Doctorum concors est de iisdem, & punctis sententia, nec contrarium è Confessionibus publicis constat. VI. Non nisi proprio oculo lectos adversariis imputet errores, & propterea ipsos eorum libros evolvat, aliorum allegationi

non facile credat. VII. Serio agat cum suo Antagonista, non iracundè. *Nam impedit iram animum, ne possit cernere verum.* Multa quidam in calore iracundiæ nonnunquam effundunt, quorum ipsos postea pœnitet, Nec majori verborum acerbitate utatur, quam res ipsa postulet. VIII. Abstineat à convitiis, calumniis, & criminationibus; absint omnes invectivæ iracundiæ; absint verba injuriosa & dicta aculeata; absint virulenta scommata, irrisiones ironica, explosiones histrionica, Pontificiis familiares. Hi enim gestibus ridiculis ac mimicis motibus incompeditis, vociferationibus inconditis, invectivis furiosis partem adversam excipere, subsannare & exagitare assolent, & sic palam ostendunt, *cujus Spiritus filii sint*, Luc. IX. 55. Tractet elenchum non litigandi causam, sed vindicandam veritatis, ne personarum potius, quam ipsius erroris odio in adversarios invehitur. Convitia Hæreticorum in nostros Doctores congesta, abstergat, non regerat. Neminem ex privatis affectibus pro concione perstringat, nec relictis realibus ad personalia descendat. Hæretici enim feliciorē sibi, certiorēque desperatæ causæ suæ spondēt victoriā si realibus dimissis ad personalia evagetur Fidei Præco. Insuper convitiis & criminationibus doctrinā non strant

stram reddimus suspectam, quasi non videatur
 satis esse tuta rationum monumentis. Excita-
 mus etiam potius Adversarios maledictis, ut
 mordicus defendant opinionem contrariam
 irritatis animis. Qui enim convitiis, calumniis
 & criminationibus Antagonistam proscindit,
 non obrurat ejus os, sed aperit, & ad recrimi-
 nandum provocat, neglecta causa veritatis. De
 B. Brentio scribit *Melchior Adamius* de Viris
 Theologor. p. 439. quod sapientibus adver-
 sariis (Pontificiis, in eadem cum ipso urbe confi-
 stentibus) importunis clamoribus & sophisti-
 fica errores suos defendentibus, indefinenterq;
 fulminantibus & virus suum evomentibus, non
 eadem usus sit vehementia in suorum dogma-
 tum defensione, nec statim par pari retulerit,
 prudenter dissimulans scommata & illatas in-
 jurias ad tempus, deinde verò commodà obla-
 ta occasione illum brevissimè & modeste per-
 spicuis Scripturæ testimoniis adversariorum do-
 gmata & clamores refutasse, hæc q; pugnare cū
 illis, ostendisse. Atq; ita tandem plerosque Pa-
 pisticam idolomaniam, dogmata & supersti-
 tiones fuisse detestatos. *Augustinus* lib. 3. con-
 tra literas Petiliani cap. I. Tom. VII. Oper. de se
 ipso scribit; *Ego quando cuiquā vel dicendo vel*
scribendo respondeo, etiam contumeliosis crimi-
natio-

nationibus laesissus, quantum mihi Do-
 minus donat. frenatis atque coercitis va-
 riae indignationis oculis auditori, lecto-
 rive consulens non ago, ut efficiar homini
 conviciando superior, sed errores con-
 vincendo salubrior. Optimè Chrysostomus
 Sermon. de Anathem. Dogmata impia,
 & quae ab Haereticis proposita arguere
 & anathematizare oportet, hominibus
 autem (seductis & informationem ma-
 liciosè non respicientibus) parcendum,
 & pro salute eorum orandum. Oratione
 etiam pugnam esse contra Haereticos, prae-
 clare docet Basilien. Tom. III. Lat. Witteb.
 Super Psal. Graduum fol. 87. ubi inter alia in-
 quit: Cum verba exteriora etiam oratio coniungenda
 est, quae ad omni spiritus maxime prematur & urge-
 tur. Haec dixerit deum, Maricham, Sabellum.
 Haec Pharisaei & iudaicorum Synagogam contulit
 hoc nostri saeculi impiarum opinionum auctores frequent
 quoniam essent heretici, ita enim fuerit qui exhor-
 tantes & arguentes nolunt audire, rogantur scilicet
 ire nos oramus & clamamus a Dominum, pro sua
 justificatione. Nihil opus & advenit Regni Ego.
 Ergo Oratione addenda est, erit oratione potissi-
 mum pugandum est. Oratione h. l. de Nihil
 per Ecclesiam ad interdictum Magistratus Publici
 ab Elenco (praesertim nominali) & condemnatio
 arent

eo & falsæ doctrinæ & hereticorum in concioni-
bꝫ falsæ conscientia abstinere possit? Respondi.
 Sunt hodie Politiici, qui contendunt veritatem
 tantum in thesi tradi debere, omnia confuta-
 tione antitheseos & falsorum doctorum, publi-
 cam tranquillitatem prætexentes, ac proinde
 dictatoria quasi potestate leges præscribere
 conantur Verbi Ministris, ut errores ac falsas
 doctrinas aut omnino non confutent, aut cer-
 te id faciant citra mentionem sectariorum.
 Scilicet non esse in Concionibus expressè nomi-
 nandos vel nominatim perstringendos Ponti-
 ficios, Calvinianos, seu Zvinglianos, Nova-
 tores &c. At hoc pugnat I. *cum Ministrorum*
Ecclesiæ vocatione, quippe quorum munus in-
 ter cetera non postremum est, corruptelis
 doctrinæ celestis resistere, uti hactenus osten-
 dimus. II. *cum mandatis divinis*; Jubentur
 vere pii cavere Pseudoprophetas & Pseudoda-
 ctos, seu falsos Doctores, Matth. VII. 15. c. XVI.
 11. Rom. XIV. 17. Eph. IV. 14. Phil. III. 2. ἐν ὑποκρί-
 σεϊ ψευδοδιδασκῶν, per hypocrisin falsi loquentes 1.
 Tim. IV. 2. loquentes dissipationem, perversa, sive
 quæ à recto deflectunt (qui verbo Dei in contra-
 riā sententiā distorto ad stabilendam falsā sua do-
 gmata abutuntur) Act. XX. 30. jam verò nisi ab Eccle-
 siæ Doctoribꝫ de lupis oviculæ admoneātur nō

possunt eos noscere & fugere. Loco jam dicto
 v. 31. ostendit Apostolus divino mandato Mi-
 nistros Verbi obstrictos esse, ut vigilante oculo
 luporum insidas observent, iisq; summo co-
 natu resistent, ut supra quoq; insinuavimus.
 Qui iussit διδάσκειν, iussit etiam ἐλέγχειν τὰς ἀν-
 τιλήγοιτας. Timotheo præcipit Paulus non
 tantum ut *predicet Verbum*, sed etiam, ut *ar-
 guat & increpet*, 2. Tim. IV. 2. Tiro, ut *redargu-
 at ἀποτόμως*, *precise, rigore*, *scharff*/Tit. I. 13.
 ut *arguat cum omni imperio*, *mit ganzem
 Ernst*/cap. II. 15. Nullis itaque Edictis Officiū
 vel Exercitium Elencticum a Didactico separa-
 ri potest aut debet. III. *Cum peculiari Spiritus
 S. in Ecclesiā officio*, quod est ἐλεγχέειν, sive ἐλεγεῖν,
 2. Petr. II. 16. Joh. XVI. 8. Spiritus S. ἐλέγξει, *ar-
 guet mundum de peccato*, videl. per Ministerium
 verbi. Non solum autem peccata & peccatores,
 sed etiam vera doctrina corruptelas & falsos do-
 ctiores redarguit, ut ex subjunctā explicatione
 vers. 9. apparet, ubi Salvator peccatum illud di-
 cit esse ἀπιστίαν, quæ est peccatum maximum &
 peccatum peccatorum, Augustino Serm. LX. de
 Temp. Qui itaque ἐλεγκτικὸν illud officium ex
 Ecclesiā eliminare cupiunt, ipsi Spiritui S. lupa-
 tum injiciunt. IV. *Cum divina comminationibus,
 adversus eos, qui v. ex negligentia vel metu peri-
 culi*

culi falsis doctoribus non resistunt, Jerem.
 XLVIII. 10. Es. LVI 10. Ezechiel. III. 18. V. *Cum*
perpetuâ Ecclesiâ V. & N. T. praxi Johannes Ba-
 ptista, Tubæ Evangelicæ primus in N. Testa-
 mento buccinator, unde & *initium Evangelii à*
Cyrillo Hierosolym. appellatur, fervens ille Chri-
 sti nuncius, qui ante gestavit nunciare, quam
 vivere, ut loquitur *Chrysologus* Serm. 91. Scri-
 bas tamen & Phariseos γενηματα ἐχιδνῶν, pro-
 geniem viperarum appellare non dubitavit, &
 ignem æternum, ni resipiscerent, illis intermi-
 natus est. Matth. III. 7. seq. Luc. III. 7. seq. Chri-
 stus ipse dicit ad discipulos; *Cavete à sermone o*
Phariseorum & saducaorum. Matth. XXIII 13.
 & seq. aliquoties repetit illud, *Va vobis scribe*
& pharisei. Apostolus Paulus *Hymeneum &*
Philetum, Hæreticos pertinaces, expressis no-
 minibus notat, ut ab omnibus agnoscantur,
 2. Tim. II. 17. *Hymenæo Alexandrum* jungit,
 1. Tim. I. 20. Et notanda hîc omnino sunt verba
 Concilii Constantinopol. V. anathema: II. tom. 2.
 Concil. pag. 565. *Si quis non anathematizat Arium,*
Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium,
Eutychen, cum impiis eorum conscriptis, & alios o-
mnès hæreticos, qui condemnati sunt ab Ecclesiâ, &
eos, qui similia prædictis hæreticis sapiunt, & in suâ
impietate permanserunt & permanent, talis anathe-
ma sit

Dd5

ma sit

masit. Adeoq; magno onere conscientiam suam premunt, & coelestem veritatem Ministri Verbi, qui ad interdictum Elenchi in errores fidei stringendi, nullitant, consentiunt, subscribunt. Rectè *Chrysostomus* Homil. in 4. cap. *Matth. in propriis injuriis patientem quemque esse laudabile est, injurias autem Dei dissimulare, impium.* Caveant itaq; Magistratus, ne violentis edictis hereticorum pertinaciam condemnatione prohibeant, nec arguendi eos libertate Ministerio Ecclesiastico divinitus concessam, eripere eidem aut Elenchum nominalem à suggestu depellere conentur, & Ministri Ecclesiarum, ne præposterà quâdam *ἀνδρογυνή* edictis illis Magistratuum consentiant, subscribant & obtemperent. Hæc pluribus edisserit *B. Gerhardus* Loco de Min. Eccles. S. 269. Confer de hac questione *D. Hutteri* Calvinistam aulico. Politicum alterum, cap. II, p. 118. seq. *D. Nic. Setae* *eccorum* in scripto quodâ anno 1689. de hac questione edito, der Theologische Facult. zu Wittenberg Gründliche Beweis &c. parte I. cap. VII. n. 9 pag. 180. seq. *Matthie Flacii* & *Nicolai Galli* responsum de hac materia in *Dedekengi* Consiliis Tom. I. p. 818. n. 23. *B. Balduinum* Lib. IV. Casuū Conscient. cap. VII. casuz, Bene *D. Egid. Hunnius* in Methodo Con-

cion.

cion. pag. 1036. Tom. 3. Oper. *Nequaquam*, in-
 quit, a Scriptura lege vel consuetudine Ecclesie alte-
 rum est, *scilicet* errorum confutatione nominatum (et ita-
 men, quod diximus, moderatione, prudentiāq; adhibi-
 tā) perstringantur dogmatista, ut tanquam merce-
 narii & lupi ab auditoribus eo melius cognosci & de-
 clinari possint. Præterunt Politici publicam
 tranquillitatem, quasi verò Apostolus illam
 neglexerit, aut Titum ad seditiones excitan-
 das armaverit, dum ad obturandum os con-
 tradicentibus instruxit Tit. I. II. Nonnulli qui-
 dem Ministrorum Ecclesie, hoc Syncretistico
 tempore Elenchum, tam Nominalem, quam
 Realem intermittunt, controversias, (ut glo-
 riantur,) pro Concione nullas tractant, vel
 non nisi obiter antithesin tangunt, dissentien-
 tium vel nulla vel honorifica & modesta sal-
 tem facta mentione, imo quandoq; adversam
 partem à manifestis erroribus liberant, saltem
 ut pacifici titulum obtineant, & gratiam Prin-
 cipum, favorem Magnatū, applausum Politi-
 corum, honores ac opes suas quiete retineant
 & in pace possideant. Qui scilicet volunt εὐπορώ-
 ντες εὐσχεῖν, i. e. anxie satagunt hominibus,
 carnalibus, vel carne sibi junctis) placere, eo-
 rum voluntati sese accommodare, illorumque
 auram venari, tantum ne ob Christi crucem per-
 secu-

secu-

secutionem patiantur, i.e. ne ob doctrinam Evangelii de Christo crucifixo illorum odium, indignationem & persecutionem tolerare, necesse habeant, Gal. VI. 12. ἀνθεωπάρεσκοι, 1. Thess. II. 4. Gal. I. 10. ὁφθαλμοδόδοι, Eph. VI 6. Coloss. III. 22. Quā servili submissione nihil t-trius, nihil in Ministro Ecclesiæ deterius est. Vehementer in eos invehitur *Augustinus* Tractat. XLVI. in Joh. inqviens; *Ecce Lupus qui guttur apprehendit; Diabolus fidei adulterium* (hæresin, errorem), *persvasit, taceat, non increpas. O Mercenarie, Lupum venientem vidisti & fugisti. Respon-*
des forte, & dicis; Ecce hic sum, non fugi. Fu-
gisti, quia tacuisti, tacuisti, quia timuisti. Fuga
animi, timor est; corpore stetisti, spiritu fugisti.
 Cavendum, ne ejusmodi intempestiva moderatio in hypocrisin & adulationem degeneret, ut pie monet *B. Balduinus*, Disputat. de Anathemat. th. 133. idem ait th. 66. *Considerent Mini-*
stri Ecclesiæ, quod species Apostasia sit, damna-
re nolle eam doctrinam, quam in conscientiiis
nostris scimus falsam, impiamque esse. Interim tamen accurate hic distinguant divini Verbi Ministri, ut supra quoque insinuaturn est, inter Ecclesiam liberam & pressam; Multa licent in Ecclesia liberâ, quæ non expediunt in Ecclesia pressâ. Ita moderetur (scil. in tali casu)

Elen-

Elenchum nominalem prudentia, (verbanunt Facultatis Theologicae Witteberg. in Responso Ministerio Berolinensi Anno 1664. dato) ne ejusdem crebriori usu & exercitio, data quæ operâ rās ἐξ ὁσίων ὡς ἐπεχέσας provocare videntur, ac graviora inde accersantur Ecclesiæ mala. Præstat habere Ecclesiæ aliquam, quam nullam. Prudentis Medici est, vel non tangere, quæ desperat sanare, vel quomodocunque sustentare ægrum, si nequeat tollere ægritudinem. B. D. Dannbæuerus Tom. I. Theol. Conscient. part. II. pag. 1034. quærit; In Ecclesiâ pressâ ut se conscienter gerere debeat pastor? Et respondet; piè, prudenter, mansuetè, patienter. Si piè? precibus & exemplo mitigabit adversariorum furores, suosque auditores continebit in officio; si prudenter? Zelum temperabit, elenchum sine specie convitii tractabit, nec nisi proprio oculo lectos imputabit errores absque calumniâ; si mansuetè, bestiam, cum suam intestinam cicurabit, tum extraneam non irritabit; si patienter? non rigebit, cedit, quantum conscientia finit, sua privata commoda posthabebit salutem Ecclesiæ, nec ut Gergeseni nimio suorum porcorum amore Christum expellet. Idem ait pag. 925. Non opus est in casu Ecclesiæ pressæ Zelo intempestivo. Abstineri potest à durioribus in
Papa

Papa